

DISPOSITIONES HOMILETICÆ
In TEXTUS POENITENTIALES,
 Diei primi, Solennium precum, Anni M DCC XIII. 24. Aprilis.

Concio I.

P *Arasc.* Dan. 9: 16. seqq. Quemadmodum Daniel in captivitate Babylonica, peccata populi confitetur, ac DEI misericordiam implorat, ita Esaias, prævidens illam Judæorum miseriam, conf. Esai. 64: 9, 10. illorum querelam profert, vid. Fascic. pag. 372, & notata ad Dan. 9: Conc. II. diei I. 1710.

TEXTUS, Esa. 64: v. 6, 7, 8, 9.

F *Xord.* Jac. 4: 8. Est severum Apostoli mandatum; non quod mundatio ista humanarum sit virium; est enim à DEO, Psal. 51: 9. Hezech. 36: 26, 29. Phil. 2: 13. Cujus operationi homo non resistet, Act. 7: 51. sed per gratiam in regeneratione collatam, mundationi dabit operam, Esa. 1: 16. 2. Cor. 7: 1. Erunt autem *manus munde*: illæ reliquaque membra, à peccatis cohibeantur, Psal. 26: 6, 11. Rom. 6: 13. *Cor purificandum*: est quippe illud ex natura fons venenatus, Matth. 15: 19. per fidem redditur mundum, Act. 15: 9. vim sanguinis Christi, applicante Spiritu S. 1. Cor. 6: 11. 1. Pet. 1: 2. 1. Joh. 1: 7. conf. Hebr. 10: 22. Ecclesia Judaica immunditiam suam agnoscens, verbis Prophetæ ducitur in mundationis & liberationis spem:

I. *Anxia peccatorum confessione.*

II. *Fideli misericordie Divinae imploratione.* Vot. Psal. 51: 12-15.

Duas tradit Scriptura veræ poenitentiae partes; *contritionem & fidem*, Marc. 1: 15, sic etiam in textu,

I. *Anxia peccatorum confessio*: v. 6, 7. in qua (α) *Sincera agnitio immunditiei*: sed sumus omnes nos sicut immundus: peccatis obsoedimus ut leprosus, Lev. 13: 45, 46. conf. Job. 14: 4. & 15: 15. Psal. 14: 4. Esa. 1: 6. (β) *Comparatio adposita*: & universe justitiae nostrae כְּבִגְד עֵרִים sicut pannus separationum; propter immunditiam suam è conspectu abjiciendus ac removendus: חָרַץ Prov. 25: 20. de removente vestem; & in Chald. sapius de remotione, Dan. 2: 21. & 4: 28. & 5: 20, &c. sic de sua justitia loquuntur fideles, v. 8. Phil. 3: 6, 7, 8. propter imperfectionem operum suorum, Psal. 32: 5, 6. Dan. 9: 7. Hebr. 12: 1. & intuitu perfectissimæ justitiæ Divinæ, Exod. 34: 7. Esa. 6: 3, 6. (γ) *Fragilitatis suae deploratio*: similes sumus folio cadenti, & marcido, à vita in mortem prolapsi, Ps. 37: 2. & 90: 5, 6. Esa. 1: 30 &c.

97
per iniquitates nostras ut ventus depulsi, Psal. 1:4. Esa. 57:13. &c. (d) Neglectus pietatis: nemo rite DEUM invocat, Esa. 1:15. Hezech. 22:30. nec quinquã se, excitat, ut DEUM apprehendat, manu fidei & precum, Gen. 32:26. Exod. 32:10, 11. Hof. 12:4. (e) Peccatorum consequens: DEUS abscondit facies suas, Esa. 59:2. & homines contabescere facit, Psal. 32:3, 4. & 104:29.

II. Fidelis misericordia Divina imploratio, v. 8, 9. ubi (a) Fiducialis compellatio: O JEHOVAH, Tu pater noster, per creationem, Mal. 2:10. Act. 17:28. etiam per adoptionis gratiam, Esa. 67:8, 16. Joh. 1:12. nos lutum, Tu figulus noster, Esa. 45:9. Jer. 18:6. Rom. 9:21. & omnes nos opus manuum Tuarum, Psal. 119:73. & 138:8. Esa. 44:21. &c. (b) Devota oratio. Ne irascaris O JEHOVAH, uq; valde; ne excandescat ira Tua, Deut. 32:22. Psal. 79:5. Esa. 64:12. ne recorderis in eternum iniquitatis nostrae, Psal. 25:7. & 79:8, 9. & 103:9, 10. Ecce, respice quæ'o, quod omnes nos populus Tuus, in foedus & peculium Tuum, sumus recepti, Exod. 19:5, 6. 1. Reg. 8:51. ideo gratiam & peccatorum condonationem propter Messiam imploramus, Esa. 43:25. & 53:5. Rom. 3:21, 22, 24, 25. &c.

Usus: Didasc. in omni necessitate & periculo, ad DEUM vera poenitentia confugiendum, Esa. 55:6, 7. Joel. 2:15. seq. vid. Fasc. p. 568. seq. & 684. seq. &c.

Elencht. Contra Pontificios, Pietistas aliosque fanaticos, meritum operum suorum & necessitatem B. O. ad salutem urgentes, contra Luc. 17:10. &c. vid. Fascic. p. 740. seqq.

Epanorth. Dirigatur hic pio zelo contra vitia cujusvis Ecclesiæ, & ex Esa. 59:1--15. &c. severe redarguendi nostri temporis homines, vid. Fasc. p. 200. seqq. & p. 438.

Pædeut. Ad seriam poenitentiam, Luc. 13:6--9. Fasc. p. 599. & pias preces Hof. 14:2, 3. Fasc. p. 279. &c.

Consolat. Quamquam justitiæ nostræ ex se, in conspectu DEI non valent, Phil. 3:8. tamen cum per fidem justitia Christi nobis collata fuerit, Phil. 3:9, 10. opera fidei 2. Thess. 1:11. fructus Spiritus, Gal. 5:22. & justitiæ fructus, Phil. 1:11. DEO ex gratia placent, Joh. 15:16. Hebr. 6:10. 1. Pet. 2:5. &c.

Concio II.

PArasc. Apoc. 3:19. vid. Conc. I. die IV. 1709. Ubi (a) Quid DEUS agit & dilectos castigat, Job. 5:17. Heb. 12:7, 11. (b) Quid homo faciet: (1.) zelum exerceat, Gal. 4:18. in promovenda DEI gloria, & sui ipsius aliorumq; salute, Apoc. 2:4, 5. (2.) Fac poenitentiam: Divina adjutus gratia, Deut. 30:6. Hezech. 36:26. &c.

TEXTUS, Hof. 12:5, 6.

Exord. Lev. 26: 44, 45. vid. Exord. Conc. I. die 2. 1711. Ostendit Moses
(1.) *reductionis & receptionis beneficium*, 2. Reg. 13:23. hinc promissio Jer.
29: 10. (2.) *beneficii fundamentum*: (α) *ne irruam reddatur fœdus*, Psal 89:
3, 35. (β) *DEI gloria*: *Quia ego JEHOVAH DEUS eorum* Psal. 79: 9, 10.
Verum poenitentia populi requiritur, Lev, 26: 41, Jer. 29. 12, 13, 14. A Propheta
traditur in textu, *Veræ conversionis*:

I. *Objectum*. II. *Debitum*. III. *Fructus*. Votum Jer. 31: 18, 19.

I. *Conversionis objectum*: DEUS. Laborant interpretes de coherentia
v. 5. cum præced. est autem hæc: postquam Propheta litem denunciaverat DEI
cum Juda v. 2. & conversionem svadere voluit, v. 6. convenientissimum
fuit Suis nominibus DEUM SUMMUM describere: ad Quem ab idolis se
converterent. Et JEHOVAH, de hoc essentiali DEI nomine vid. Fascic.
p. 592. ad Psal. 84: 9. DEUS Zebaotb vid. ibid. JEHOVAH *memoriale*
ejus. Illo nomine essentia ejus æternitas & summa perfectio, omnium
memoria & pia venerationi obversetur. vid. Fasc. pag. 547.

II. *Conversionis debitum*. III. *Conversionis fructus &c.* vid. singula
Conc. III. die II. A. 1712.

Concio III.

Parasc. Tit. 3: 1. vid. Fascic Homil Anno 1685. die IV. Concio III. p. 486.

TEXTUS, Prov. 24: v. 21, 22

Exord. Eccles. 8: v. 2. Rex Salomo, præceptum omnibus necessarium hic
inculcat: (α) *Verba Regis esse observanda*: Non loquitur heic Salomo no-
mine subditorū, sed ut Rex, Eccles. 1: 12. suos & omnes monens subditos, ut obe-
diant מלך — פ tam Regis quam ministrorum ejus, 1. Pet. 2: 13, 14. ori, i. e.
verbis & mandatis, quæ ore proferuntur, vid. phrasin Hebr. Exod. 17: 1. & 38: 2. &c.
nam vis iis inest, v. 4. & vita Prov. 16: 15. (β) *Juramentum DEO datum*,
sancte esse servandum: Non temere jurandum, Exod. 20: 7. Matth. 5: 37. Jac.
5: 12. ob poenam Lev. 24: 1. &c. Neh. 5: 12, 13. Zach. 5: 4. Syr. 23: 12 — 14.
sed sine dolo, caute & sancte, Jer. 4: 2. in nomine DOMINI Deut. 6: 13. Job.
16: 19. Jos. 22: 22. Esa. 65: 16. 2. Cor. 11: 31. Qui est summus, Gen. 14: 22. vera-
cissimus, Psal. 51: 8. omniscius, Jer. 17: 10. omnipotens, Matth. 10: 28. & justus,
1. Reg. 8: 3, 32. proinde qui juraverit, & juramentum servaverit, Psal 15: 4.
laudabitur, Psal 63: 12. & felix erit, Jer. 12: 16. conf. 2. Chron. 15: 15. (γ)
Verba Regis, propter juramentum DEO datum esse servanda. Itaque tenendum
est, ex contextu & locis parallelis, Rom. 13: 5. 1. Pet. 2: 13. Salomonem heic loci
non in genere de quovis juramento, sed hisce verbis: *נשפא סבד סבד סבד*
firmo argumento adstringere subditos obsequio, Regi præstando, cui fide &
homagio se obstrinxerunt, vid. Conc. homagial. A. 1688. Narva habit.

Propos.

973
timor
objectum
Propos. Monitum Salomonis paternum: Vol. Psal. 90: 17.

Adtendendum heic erit (A) *Ad ipsum monitum*, in quo Salomo; blande compellat *filium suum*. Prov. 1: 8. & 2: 1, 2. & 5: 1. ut (a) *Positive* obsequium præstet; decenti scilicet mentis aestimio, sermone operibusque, *objectum* timoris JEHOVAM, & Regem, timeret; JEHOVAM quidem, Psal 86: 11. Syr. 1: 17, 25. Dominum in coelis summum, Dan. 4: 32. & 6: 26. timore absoluto & religioso, Prov. 3: 7. Eccles. 5: 6. & 12: 13. *Regem* vero uti DEI vicariū, 2. Chron. 19: 6. Psal. 82: 6. Prov. 8: 15, 16. Dan. 2: 37. & 5: 18, 19. Sap. 6: 2, 4. in omnibus, quæ faciunt ad veram religionem firmandam, imperium stabiliendum, reditus militesque exigendos, timore subordinato & politico, Act. 5: 29. Rom. 13: 4, 5. Atque ita patet *vau*, וַיִּדְרֹם non connectere paria objecta, una timoris specie æqualiter colenda, sicut nec Exod. 14: 31. 1. Sam. 22: 19. 2. Paral. 13: 12. & 20: 20. &c. id efficit; sed indicat heic Salomo *DEum* primo, dein vero *Regem* esse timēdos. Quod vero Salvator Matth. 22: 21. hunc ordinem non observaverit, fiebat ex quæstione de Cæsare v. 17. cui, veluti per *ἀναδιπλωσιν* respondebat. (β) *Negative* oppositū obsequii prohibet: ubi (1) *actio prohibita*: blanda tigh isel peccatis alienis participando, c. 2^o 1^o, conf. 2. Thess. 3: 14. (2) *socios fugiendos*: דְּרֹמֵי *discrepantes*, vel *diversi* à timore DEI & Regis; pessimos gerentes mores; *novaturientes*, summis ima miscentes, Prov. 17: 9.

(γ) *Ad comminationem monito additam*; in qua fit mentio *ultionis* monitum negligentium; Quæ erit (a) *subitanea* & non lente ventura: *med hasti* c. 6: 15. quia nec norunt transgressores quando, ubi & quomodo veniet, $\text{מַה יִּהְיֶה$ *horet*? (β) *impetuosa*, quippe quæ confurget: *stai vstiga*; & (γ) *horrenda*, siquidem כִּי־יִפֹּט *contritio* Prov. 1: 25, 26. & 7: 9. & כִּי־יִפֹּט *infortunium*, indicant poenam hanc ærumnarum fore plenissimam, Job. 30: 24. & 31: 29. (δ) *communis amorum illorum*, perdet quippe exitium cum DEI tum Regis contemtores, tam refractarios ipsos, quam illorum socios v. 21. Uterque enim ultor, DEUS & Rex, justitiam suam exercebit: de DEO, vid. 1. Sam. 26: 23. Psal. 11: 5, 6. Syr. 11: 28. &c. de Rege, Prov. 16: 14. & 19: 12. & 20: 8. Rom. 13: 4. &c.

Uusus: *Timor DEI*, ut semper ita etiam ex h. l. inculcandus, Psal 19: 12. seq. vid. Fascic. pag. 513. *Honorem quoque Magistratus timorem*, hic locus firmat, 1. Pet. 2: 17. vid. Fascic. pag. 485. seqq. ut adeo obsequium ei debitum præstare conveniat, ne pravorum confortiis dicati, subito absorbeamur, NB. exitium Koræ, Num. 16: 24. Fiant itaque preces constanter pro REGE NOSTRO CLEMEN- TISSIMO Psal. 20: 2-- 5. vid. Conc. I. die IV. 1711. ut sub Illo *tranquillam & quietam vitam transigamus, in omni pietate & honestate*: 1. Tim. 2: 2. vid. Fasc. pag. 152. seqq.